

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Peccatum r
cum uariis

Tribus gradibus ad peccatum peruenitur: suggestione, delectatione, consensione. Ita ipsius peccati tres sunt differentie: et in corde, et in facto et in consuetudine; tanquam tres mortes: una quasi in domo cum corde consentitur libidini, altera quasi prolata iam extra portam, cum in factum procedit assensio, tercio cum in consuetudinis male tanquam mole terrena premitur, animus quasi in sepulcro iam putrens. Que tria genera mortuorum dominum resuscitasse, quisquis euangelium legit agnoscit.

Augustinus in libro de sermone domini in monte et ponitur de penitencia distinctione II.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

ita] ist (*cor. intra*) C, itaque P V¹ V² L¹ L²; differentie et in corde et in facto] differentie in corde in facto P V¹ V² L¹ L²; tercio] tercia P V¹ V² L¹ L²; dominum *om.* C; domini *om.* P V¹ V² L¹ L²